

quia dicti filij non milites et militari beneficio gaudentes
 puberes existentes. .j. annum et diem non comparuerunt co-
 ram successore videlicet domino alberto predicto pollice-
 do fidelitatem et investituram novam petendo et etiam ab
 eodem domino nicho. petere neglexerunt sine dubio con-
 cludendum videtur nedum ex hac duplici negligentia imo
 ex earum qualibet ipsos investiti filios feudo priuatos ex
 quo puberes essent loquor si essent priuati ex negligentia
 commissa tempore domini alberti et ardentius currere de-
 buerunt ad investituram petendam cum essent quodamo-
 do disinvestiti et pollicendum sacramentum fidelitatis quasi
 possiderent ex quo eorum in curia fuerunt possessione pri-
 uati ut. c. i. quo tempore miles investituram petere debet
 ut. i. c. i. de capi. cora. et in. c. imperialem solertiam eo. ti. no.
 Bar. in. c. pe. de feu. unde licet non tenerentur filij in-
 uestiti eo tempore quo possessio erat apud dominum presta-
 re seruitia tamen investituram et sacramentum pro ea pe-
 tere et prestare debuerant cum per neutrum eorum gra-
 uentur et quod licet possessio apud dominum esset reuerfa istud
 ex negligentia et in curia filiorum processit de debet ergo
 eis esse nociva. Ex quibus concludo dictum eorum recte
 de dicto feudo investitum tam ex dictis negligentibus aut sal-
 tim ex altera earum cum tunc filij essent puberes feudo sunt
 priuati. De successione non est querendum quia si non fuisset
 priuati successio mortuorum ad fratres pertinet qui
 vixit excluso domino nisi pactum inter dominum et va-
 sallum aliter se haberet ex quo feudum erat primum in ti-
 de natura. suc. feu. Nec ob. si dicatur vasallum ex investi-
 tura non petita et ex iuramento fidelitatis non pollicito non
 priuari feudo ipso iure sed per sententiam quia verba le-
 gis priuationem inducentia sunt futuri temporis ut. l. in
 bem. §. sane. C. de sac. san. eccl. C. de iur. om. indi. l. in eri-
 minati. C. unde vi. l. si quis in tantis. C. de here. l. quicquid
 C. ne li. po. l. i. quia illud verum nisi verba legis aut alte-
 rius dispositionis sint de sui natura priuatiua ita quod secum
 habeant priuationem annexam tex. c. iun. glo. in. l. prouide-
 dum. C. de aduo. ibi foro careat et c. Et glo. exponit ipso
 iure et ita est in casu proposito si quis inspiciat in hac ma-
 teria verba. l. i. de capi. contra. et d. l. imperialem sic et ra-
 tione adiecti verbum futuri temporis intelligitur ipso iure
 ut si in dispositione adiectum sit verbis mox illico vel
 statim cum non possit ferri illico sententia tex. est in cor. d.
 in cel. nup. in prin. idem et cum lex ultra procedit non desi-
 derando sententiam ut. l. commissa de publica. et in. l. i. de re-
 scrip. li. vi. sic videmus in emphiteota qui ipso iure cadit a
 iure suo quod apparet quia dominus auctoritate propria
 possessionem ingreditur ut. l. ij. C. de iure emphi. et tamen
 verbum priuatiuum est ibi futurum non presens et non est
 propter aliud quia habet secum priuationem annexam de
 sui natura ut predicti licet quidam dicant quod imo est quod
 lex ultra procedit sed non est verum expresse sed tacite Ego
 Angelus et c. ccc. lxxij.

Aritus filium nasciturum insti-
 tuit et substituit si non na-

scetur multa legata reliquit videlicet onab⁹
 filiabus dotes et usufructum omnium bonorum cum be-
 redibus testatoris et filio naturali. ccc. cc. au-
 reos uxorem reliquit dominam et fructuariam omnium bo-
 norum suorum et reliquit quedam suppellectilia et deinde
 reliquit eidem usufructum omnium bonorum cum filio na-
 turali et filiis suis donec in viduitate cum suis filiis man-
 serit nominatim autem a substituto vulgari reliquit dictis
 filio naturali et filiabus alimenta certis temporibus et lo-
 co prestanda sub pena ac etiam dictis uxori et filiabus et
 filio naturali reliquit usufructum certorum bonorum et sup-
 pellectilium et vnius domus que omnia erant in patrimo-
 nio dicti testatoris. Queritur igitur an per legata nomi-
 natim relicta a substituto intelligatur recessus ab omnibus
 legatis in primo gradu relictis et si non ab omnibus a quibus
 intelligatur recessus et seu que intelligantur adempta. et in
 pra hoc particulariter consulatur.

Pro Testamento predicto videri oportet
 quid iuris de legatis factis ad
 pias causas. Secundo quid iuris de lega-
 tis factis filio naturali. Tertio quid iuris
 de legatis factis uxori. Quarto et vlti-
 mo quid iuris de legatis factis filiabus. De primis nul-
 lum est dubium quod debentur quoniam non nominatim

ab intestato sed simpliciter sunt relicta unde per omnem
 heredem debentur cum daret eadem legandi causa in omni-
 bus heredibus. f. animarum redemptio nec possunt dici
 euacuata per nouum grauiam a substituto relictum ad eod-
 dem pios actus de le. i. licet imperator et hoc de primo cuius
 nullum nouum fuit impositum eorumdem legatariorum re-
 spectu De legatis factis filio naturali quem presuppoo-
 nimus esse capacem potest dubitari quod in primo gradu ei-
 dem sunt relictis. cccc. flo. eidez dandi post. xvij. lue eta-
 tis annum ac etiam est relictus sibi usufructus omnium bo-
 norum testatoris vna cum filiis testatoris et domina mar-
 garita et post mortem ipsorum est relictus sibi usufructus
 omnium bonorum dicti testatoris unde videntibus filiis
 et uxore inuitauit testator filium naturalem ad trientem usufructus
 illis defunctis ad dimidiam et alios qui heredes
 essent dicti testatoris ad aliam dimidiam ut clare apparet
 in. §. item iure institutionis reliquit post mortem autem sub-
 stituto reliquit toto tempore vite dicti simonis filij natura-
 lis alimenta decentia et seu victum et vestitum cum adiectio-
 ne penarum si non fieret prestatio modo et forma in testa-
 mento scriptis in. §. et ab ipso philippo vsqz ad. §. item in
 dicto casu quo dictus philippus et vltra dicta alimenta sic
 soluenda reliquit eidem cum filiabus et uxore usufructus
 vnius domus et certorum suppellectilium ut patet in. d. §.
 unde quatenus primo reliquit trientem usufructus omnium
 bonorum et deinde reliquit usufructum certorum bonorum
 a substituto non grauiat substitutum imo sibi prouidit quod
 primo legauerat usufructum totius deinde partis. ff. de vb.
 obli. l. qui usufructus tamen quatenus grauiat dictum sub-
 stitutum onere alimentorum cum interminatione penarum
 si alimenta non soluerentur per adiectionem istius noui
 grauiaminis a dicto legato usufructus omnium bonorum
 et a dicto legato. cccc. flo. videtur esse recessus ut no. in
 d. l. licet imperator quoniam non est verisimile testatorem
 noluisse grauiare substitutum duplici onere prestationis de
 lega. ij. l. titia. §. qui inuita unde super particula tangente
 filium naturalem videtur dicendum filium naturalem so-
 lum habere debere que ei relicta sunt a substituto in. §. in
 predicto. f. usufructum dicte domus et masaricaru et sup-
 pellectilium pro dicto triente et dicta alimenta prestanda
 formaliter ut est dictum etiam sub pena adiecta in testame-
 to reliqua vero legata in primo gradu sibi relicta nullo mo-
 do debentur velut adempta per noua grauiamina imposita
 substituto in persona dicti naturalis nec curio an illa noua
 grauiamina non tantum grauent substitutum quantum
 grauabant primo institutum quoniam sufficit grauiamen
 vnum imponi substituto in persona vnius eiusdem lega-
 tarij prestandum ut videatur recessus a grauiamine indu-
 cto simpliciter in primo gradu licet prima facie videatur
 ob stare cum non sit verisimile ipsum debere percipere a
 substituto minus dilecto quod perciperet ab instituto a quo
 debebat. cccc. flo. percipere et trientem usufructus tamen
 licet ista allegatio bona sit a iuris censura non est receden-
 dum ex quo aliter de voluntate non constat que statuit in-
 distincte per iniunctiones noui grauiaminis recessus a pri-
 mis non attenda an sint maiora vel minora primis sed an
 sit diuersitas ut. d. l. licet imperator bene tamen concedo quod
 si ab instituto primo reliqueretur totum deinde pars con-
 tenta sub toto quia grauiamen non est diuersum ut. d. l. qui
 usufructus quod per illud non est recessus ab alijs legatis
 eidem relictis et propterea demonstratiue loquendo per
 legatum relictum de domo et suppellectilibus non dicitur a
 legato. cccc. flo. recessus quod legatum trientis usufructus
 et suppellectilium continebatur sub primo vniuersali lega-
 to usufructus omnium bonorum sed est ademptum per
 legatum alimentorum quod non fuit ei relictum in primo
 gradu et maxime considerato quod testator voluit illa ali-
 menta omni anno prestari sub graui pena et voluit ea pre-
 stari in certo et determinato loco per quam loci adiectio-
 nem grauiamen durius replicatur ut. d. l. fideiussoz obliga-
 ri. §. qui loco certo. ff. de fideius. Descendamus nunc ad
 legata uxori relicta et multum eam testator dilexisse vide-
 tur cum ipsam tot legatis bonorauit et ad ipsa legata signa-
 ter descendamus. et primo ad legatum dotium et de illo
 non est contentio quod solum est a substituto et merito ve-
 lut es alienum et relaxata est sibi necessitas non reperendi
 in persona substituti de qua facta fuit mentio supra in pri-
 mo gradu teneretur tamen dicta vxor dictas dotes deposti-
 tare aut